



*Handwritten text on the spine, including the word "Freige" and "Lupin".*

~~N. 1. 1. 35.~~

1) Faber, Heinrich

1662-87

5

# QVÆSTIO


NES MVSICÆ, IN

vsu Scholæ Northusianæ,

per IO ANN. SPANG.

Herdess. collectæ: Dili-  
genterq̄ ab

Autore recognitæ.



Nf 138

FRANCOFORDIÆ AD  
Oderam in Officina Ioan.  
Eichorni.

52

IOANNES STIGELIVS  
iuuentuti.

Carmine si rigidos mouit Delphinas Arion,  
Orpheus si stygios uoce lyraq; Deos:  
In laqueos uolucres cantu si pellicit auceps,  
Si salit ad certos ursa citata sonos:  
Cur non & nostras oblectet Musica mentes?  
Qui sumus Harmonicis membra ligata modis.  
Ferreus est durasq; gerit sub pectore cautes,  
Quem iuuet haud aliquo Musica blanda sono.  
Ergo ades, & studio rudis huic assuesce Iuuentus,  
Quo sine uix aliquid uita putanda tua est.

GEORGIO RHAV,  
TYPOGRAPHO VITEBER-  
genſi, Salutem.



**Q**UANTUM IN HOC  
nostro studio Georgi charissime,  
iam multos annos Musica præle-  
geretur, animaduerti tamen ex  
tanto puerorum numero, vix vnum. aut alterū  
esse, qui vel prima ipsius artis rudimenta cape-  
ret. Cupiens igitur studiosæ iuuentuti consulere  
hæc ἐρωτήματα Musica in vsum Scholæ no-  
stræ collegi, tuis maxime ac Martini Agricolæ  
Musici peritissimi, adiutus lucubrationibus.  
Video enim perfacile esse studium, quod quæ-  
stionibus agitur, cuius rei quoq; non desunt  
exempla. Quî enim potuit Dialectica ipsa accu-  
ratius, breuius, & copiosius tradi, quàm à D.  
PHILIPPO MELANCHTHONE  
viro nostri seculi doctissimo pulcherrimis &  
lucidissimis interrogamentis, tradita est? Vti-  
nam ea ipsa aliquando typis excudantur. Præ-  
terea quis non magno cum desiderio lecturus  
est deinceps Rhetorica, quando GEORGIUS  
Maior studiosæ pubis formator egregius, omnē

A 2 Rhetoricæ

Rhetoricæ disciplinam, breuissimo ordine, tanquam fasciculo quodam, lepidissimis quæstionibus comprehenderit. Et quid multa? habet hoc genus docendi faciles ad omnem disciplinam aditus. Quare hoc, quicquid est, mi Georgi tibi dedico, ut quemadmodum sub Aiakis clipeo tutus Achilles, ita sub te musicorum præside Zoilos effugiat. Vale & me ut soles ama, Northusie pridie idus Augusti Anno. 36.

IOANNES SPANGENBERG.

EIVSDEM IOANN. SPANG.  
ad frugi lectorem.

Qui cupit extemplo uocem exercere canoram  
Carmine, & argutum promere uoce melos.  
Quoslibet & lepidis cantus resonare camœnis,  
Et Cytharam digitis tangere dulcisonam.  
Pangere quod plectro cecinit Crinitus Iopas,  
Hebræusq; Tubal, Ambrosiusq; pius.  
Quæ Linus Amphion Dirceus Lesbos Arion,  
Quæq; Orpheus docuit tempore nosse breui:  
Hanc legat abreptam modulandi gnauiter artem,  
Quæ uel dispeream, commoda multa feret.

Nil

## PANEGYRIS MUSICÆ.

Nil Deus omnipotens homini iucundius unquam  
E supera arce dedit, quam Musica plectra canoris  
Vocibus, ac digitis, dulci exercere palestra.

## DIVERSVM MUSICÆ

studium.

Diuersum est istoc studium, diuersa uoluptas.  
Hic placidis Diuos numeris ueneratur ad Aras,  
Hic calamo fidibus plectro hic præludit eburno.  
Barbiton alter agit, caua timpana, cymbala, chordas  
Organa, sistrā, lyram, crotalū, cytharamq; chelynq;.

## MUSICA NATURALIS.

Nec solum humana formatur Musica uoce:  
In pratis uolucres, campis, syluisq; iugosis.  
Demulcent miris hominum concentibus aures,  
Himnidicum de fronde melos Philomela recantat.  
Ludit & in dumis non flebile carmen Achantis  
Strymoniaeq; grues clangunt sub nubibus altis.  
Porro ubi lympha strepit per saxa sonantia, dulce  
Murmur agit gracilemq; sonum, dulcesq; susurros  
Sic mare ueliuolum, sic fontes, flumina, riui,  
Sic quoq; Syrenes, fama est depromere cantus:  
Et Faunos, Satyrosq; uagos tonare camœnas.  
Concentant & aues & apes raucaeq; cycadæ.

A 3

Omni ges

Omnigenumq; pecus terræ atq; animantia cuncta

### MVSICA VOCALIS.

Os tamen argutum, & uocalia guttura & artem  
Cantandi, natura homini concessit & usum.  
Diuina hinc traxit præclarum Musica nomen.

### INVENTORES MVSICÆ.

Hanc Tubal imprimis docuit, crescentibus annis  
Pythagoras doctis acceptam tradidit Argis.  
Mille modis nobis dedit inde Boëtius auctam,  
Ad certum lusit numerumq; modumq; uetustas.  
Nunc addunt aliquid communem semper in usum,  
Quod fuit ignotum, quæq; intentata uetustis,  
Concrepat hæc ætas, nec adhuc contenta quiescit.  
Perstrepuere olim Diuum Cantoribus ædes,  
Nunc prædulce melos Regum per tecta Ducumq;  
Auditur, nihil in terris quo dulcius unquam.

### LAVS MVSICÆ.

Musica nunc dignas habet & sua præmia laudes,  
Vincit honore suas precio superatq; sorores,  
Phœbus ut immensi præcellit lumina cæli.

### QVID SIT MVSICA.

Musica fida parens inopum, spes, anchora, portus,  
Solamen



Solamen, requies, miseros de puluere tollens  
Cesareo adiungit lateri, & regalibus aulis:  
Diuitias, hortos, ædes & prædia, uestes,  
Donat, & illustres titulos & nomina fame.  
Et quid multa loquor? Cantores æthera tangunt,  
Cuncta per ora uirū uolitant, sumuntq; quotannis  
Aurea pro ducta mercede numismata, centum.

### QVID POSSIT MUSICA.

Precipitandus aquis pelagi Cytharædus Arion,  
Placabat dulci delphinum terga canoena:  
Et cursu OEbalias celeri est aduectus in oras  
Threicius uates & flumina traxit & ornos,  
Et scopulos, syluasq; uagas & plurima monstra:  
Eurydicen Cythara nigro reuocauit ab orco,  
Carminibus, certum est adamantina corda moueri,  
Ipse stipem extorquet mendicis sæpe negatum.  
Cum iam cuncta silent, gratoq; sopore quiescunt,  
Ante fores Iuuenis dilectæ pangit amicæ  
Carmina quotquot habet, nec frigora curat & im-  
Sub uepribus dēsis latitās aut arboris umbra (bres  
Arte sagax auceps pedicis & casse uolucres  
Ignaras fraudis, cantu deludit amico.  
Corpora Pythagoras docuit releuanda canoēnis,  
Ad dulces cantus dormire & surgere iussit.  
Hinc canit omnis homo, iuuenis, uir, foemina, uirgo,

A 4 Ciuis

Civis & agrestis doctus, rudis, altus & imus,  
Alter & alterius languentes mitigat aures.

### UTILITATES MUSICÆ.

Præterea mores hominum componit & ornat,  
Ignavas hominum cœlestis Musica mentes  
Incitat ad studium longo torpore remissum.  
Exhilarant animos prædulcia carmina tristes,  
Et curas abigunt, risumq; dolentibus addunt.  
Quinetiam vires & robora Musica præstat,  
In bello timidis resonant quum timpana bombis,  
Fortius insurgunt ad bella equites peditesq;.  
Matronæ dum fila rotant, teneræq; puellæ,  
Dumq; parant calidis ferrata polenta culinæ.  
Et quid agant tandem reboant concentibus auræ.  
Sic rudis altisonum modulatur carmen arator  
Dum stiuam exercet, dum rastro temperat agros.  
Nauta cœruleas Pelagi dum nauigat undas,  
Brachia solatur Cytharæ dulcore trahentum.  
Carmine defessus prædulci sæpe uiator  
Longum iter & gelidos Imbres demulcet & æstus.  
Nocturnos pueri uagitus garrula mater  
Compescit numeris, pedibus cunabula gyrans.  
Musa laborantum defessos mitigat artus  
Et perturbatos sensus animosq; reformat.  
Hinc canere in templis numeros hymnosq; uetusti  
Instituea

Instituere patres, ut flectere numina possent,  
Cœlica, & æthereum cantu placare parentem.  
Quem chorus angelicus dulci sine fine camœna  
Extollit, laudat placat, ueneratur, adorat.

QVAESTIONES MUSI-  
CAE IN VSVM SCHO-  
læ Northusianæ, per  
IOANN. SPAN.  
collectæ.

DE DEFINITIONE  
Musicæ.

*Quid est Musica?*

Est ars liberalis, rectas canendi formu-  
las demonstrans. Vel est recte canendi  
scientia.

DE INVENTORIBVS  
Musicæ.

*A quo inuenta est musica?*

Hebræi ferunt Tubal Lamech filium,  
primū Musicę inuentorem, deinde à Mo-  
se & David excultam, auctam, propagatam,

A S tamq̃,

tamq̄, Gręci Pythagoram, Mercurium, Ze-  
tum & Amphiona, Orpheum & Linum ad-  
ferunt. Latini Boetium Rhomanum.

*Cur inuenta est?*

Propter eius artis iucunditatem, & mi-  
rabiles effectus.

*Qui sunt musicae artis effectus?*

Musica Deum ipsum placat, animos ho-  
minum mira suauitate demulcet, curas exis-  
mit, Et, vt Poeta ait, miscet vtile dulci. Nulla  
enim est ætas, quæ non oblectetur concenti-  
bus: laborantum mitigat labores, fessos miti-  
gat artus, infantes quoq̄ ad nutricis con-  
centum conquiescunt.

*Vnde habet nomen?*

A  $\mu\delta\sigma\alpha$  quod valet cantus, Inde Musi-  
ca, cantandi scientia, Et musicus, canendi  
peritus

## DE DIVISIONE MV- sicae.

*Quotuplex est musica? Duplex.*

Theorica & Practica.

*Quæ est musica Theorica?*

Est quæ circa ingenij contemplationem  
& cognitionem uersatur.

*Quis*

*Quis est eius finis?*

*Scire.*

Nam musicus Theoricus, est qui artem nouit, uerum hoc ipso contentus, nihil de ea scribit uel docet.

*Quæ est musica practica?*

Est quæ non solum in ingenio delitescit, sed in opus quoque erumpit.

*Quis est eius finis?*

*Agere.*

Nam musicus practicus est, qui ultra artis musicæ cognitionem, cæteros eam docet, atq; artis præcepta tradit.

*Quotuplex est musica practica?* *Duplex.*

*Instrumentalis & uocalis.*

*Quæ est instrumentalis?*

Est quæ concentum perficit, aut flatu, ut tibijs, aut manu, ut cythara.

*Quæ est uocalis?*

Est quæ humana uoce melos efficit.

*Quotuplex est musica uocalis?* *Duplex.*

*Usualis & Regulata.*

*Quæ est usualis?*

Est quæ sola inclinatione naturali procedit, carens artis legibus & principijs, qui bus regi deberet.

*Quæ est regulata?*

Est quæ certis præceptis & regulis canendi constat.

*Quotu-*

*Quotuplex est musica regulata?*

**Duplex**

Choralis & figuralis.

*Quæ est musica choralis?*

Est quæ in suis notulis equalem seruat mensuram absq; incremento vel decremento prolationis. Hæc est & plana, & Gregoriana, & uetus musica dicitur.

*Quæ est musica Figuralis?*

Est cuius notulæ & figuræ inæquales sunt; & mensuram uariant, secundum signorum & figurarum inæqualitatem, cum incremento uel decremento prolationis. Hæc & Mensuralis & Noua Musica uocat.

*Circa quid uersatur Musica?*

Circa sonos instrumentorum, et uarias hominum uoces.

*De quibus potissimum agit musica Choralis?*

De clauibus, Vocibus, Cantu, Mutationibus, Modis & Tonis.

## DE CLAVIBVS.

*Quid est clauis Musicalis?*

Est referatio cantus, uel, est uocis formandæ index.

Est enim aggregatū ex litera & uoce, Principium clauis litera est, finis uero uox.

*Da ex-*

*Da exemplum.*

In Are, A est litera. re uox. In  $\text{♩ mi ♩}$  est litera, mi uero uox. In C faut, C est litera, fa & ut, uoces. Ita de reliquis dicendum.

*Quot sunt clauēs musicales? Viginti.*

*Scilicet.*

$\text{♩}$  ut. Are.  $\text{♩ mi}$ , C faut. D solre, E lamī, F faut. G solreut. a lamīre. b fa  $\text{♩ mi}$ . c sol faut. d la solre, e lamī. ff faut. g solreut. a a lamīre. bb fa  $\text{♩ mi}$ . cc solfa. dd la sol. e e la. b fa  $\text{♩ mi}$ , tamen non est una clauis, sed natura duæ. Sic & eius octaua bb fa  $\text{♩ mi}$ , quod ex eius mutationibus, uocibus, ac instrumentis probatur.

*Quare dicuntur clauēs?*

Quia sicuti clauē aperiuntur ea, quæ abstrusa & in penitissimis angulis occlusa iacent: Ita per clauēs musicales totius cantus uis ac natura referatur.

*Differunt ne inter se clauēs?*

Imo positione, figuratione & appellatione, hoc est ordine, figura & nomine.

DE

## DE ORDINE, FIGVRA

& nomine clauium.

*Quotuplex est ordo clauium? Triplex.*

Capitalium, minutarum, & geminatarum.

*Quot sunt claues capitales? Octo.*

Γ. A. H. C. D. E. F. G.

Ex his primæ quatuor dicuntur graues, reliquæ quatuor finales.

*Quare dicuntur capitales?*

Quia capitalibus & grandiusculis literis scribuntur.

*Quare Γ. A. H. C. dicuntur graues?*

Quia grauem sonum respectu aliarum emittunt.

*Quare D. E. F. G. dicuntur finales?*

Quia omnis cantus regulariter in his clauibus desistit.

*Quot sunt claues minutæ? Septem.*

a. b. c. d. e. f. g. Ex his primæ quatuor, dicuntur affinales siue acutæ, reliquæ superacutæ.

*Quare dicuntur minutæ?*

Quia pusillis literis scribuntur.

*Quare a. b. c. d. dicuntur affinales?*

Quia



Quia in his clauibus, cantus transpositus  
definit.

*Quare dicuntur acutæ?*

Quia acutiorem sonum emittunt.

*Quare reliquæ dicuntur superacutæ?*

Quia super acutas ponuntur.

*Quot sunt claues geminatae?*

*Quinq.*

aa. bb. cc. dd. ee. Hæ dicuntur excellentes.

*Quare dicuntur geminatae?*

Quia duplicatis literis scribuntur.

*Quare dicuntur excellentes?*

Quia omnes alias suo sono excellent.

*Ad quid prodest scire claues musicales?*

Vt per eas ducamur ad cognitionem uocum siue notarum, quæ occlusæ iacent inter lineas & spatia. Nemo enim rite unquam modulabitur, nisi perfecte sciat clauis um naturam atque proprietatem.

*Vbi possunt hæc discerni?*

In scala musicali, quam hic pueris ob oculos posuimus.

Scala

# SCALÆ MUSICALIS typus.

Scala dividitur in literas.

Gemi- natas et ex- cellen- tes.           Mino- res acu- tas.           Maio- res, et Gra- ues.	{ ee    la			
	{ dd—la——sol			
	{ cc    sol    fa			
	{ bb—fa——	H	mi	
	{ aa    la    mi			re
	{ g    sol    re			ut
	{ f    fa    ut			
	{ e    la    mi			
	{ d    la    sol			re
	{ c—sol——fa			ut
	{ b    fa    mi	H	mi	
	{ a—la——mi			re
	{ G    sol    re			ut    G
	{ F—fa——ut			4 Fina= F
{ E    la    mi			les    E	
{ D—sol——re			D	
{ C    fa    ut				
{ H—mi				
{ A    re				
{ —ut				

Regula

ent  
ting  
clau  
oste  
uoc  
cog  
  
dus  
de c  
nea  
ditu  
  
in li  
laba  
pro  
scal  
rat,  
tur,  
deq  
gre

## Regula.

Omnes clauēs ab eadem litera incipientes, distant per octauam.

*Quid est scala musicalis?*

Est mutationum in cantu musicali contingentium, iuxta ascensum & descensum clauium & uocum earundem ocularis ostensio & manifesta explanatio. Vel est uocum mi & fa in bfa mi & octauis eius cognitio.

*Quare dicitur scala?*

Quia sicuti in ædibus per scalarum gradus ascenditur & descenditur. Ita in cantu, de clauē in clauem, de uoce in uocem, de linea in lineam, de spatium in spatium ascenditur & descenditur.

*At quid ualet scala musicalis?*

Vt pueri videant, quæ clauis ponatur in linea, & quæ in spatio: Deinde quot syllabas aut uoces singulæ clauēs habeant. Nam propter clauium & uocum diuersitatem, scala in primis tradenda est, quam qui ignorat, quasi cæcus in ignota regione uersatur, nec certi quicquam de cantus natura, de quibus uocum mutationibus, & earum progressionibus, scire potest.

B

Quota

Quotuplex est scala?

Triples Scilicet,

☩ duralis, b mollis & ficta.

Quæ est scala ☩ duralis? Est uocum musicalium progressio, scandens ex a in ☩ duriter, hoc est, per uocem mi.

Quæ est scala b mollis? Est uocum musicalium progressio, scandens ex a in b, molliter, hoc est, per uocem fa.

Quæ est scala ficta? Est quæ in quacunque clauæ admittit uocem peregrinam nempe, ut in e la mi, re in F faut, mi in G sol reut, fa in a la mire &c. contra naturam clauium.

SEQVITVR SCALA

☩ duralis.

# SCALA DURALIS.

	la		la
dd	sol	-----	sol
	fa		fa
ff	mi	-----	mi
	re		la
g	sol	-----	so
	fa		fa
	mi		la
	re		sol
C	fa	-----	fa
ff	mi		mi
	re	-----	la
	sol		sol
D:	fa	-----	fa
	mi		la
	re	-----	sol
	fa		fa
ff	mi	-----	mi
	re		re
f	ut	-----	ut

MVTATIONES VO-  
cum in Scala du-  
rali, penes ascensum  
& descensum,

Quadratum mi format.

Ascendendo.

Descendendo.  
B 2 Scala



# SCALA BMOLLARIS.

dd	la	-----	la
	sol	-----	sol
b	fa	-----	fa
	mi	-----	mi
g	re	-----	re
	fa	-----	fa
	mi	-----	mi
	re	-----	re
<b>C</b>	sol	-----	sol
<b>b</b>	fa	-----	fa
	mi	-----	mi
	re	-----	re
<b>F</b>	fa	-----	fa
	mi	-----	mi
	re	-----	re
	sol	-----	sol
<b>b</b>	fa	-----	fa
	mi	-----	mi
	re	-----	re
<b>Γ</b>	ut	-----	ut

MUTATIONES  
uocum in scala  
bmollari.

b rotundum fa notat.

Ascendendo.

Descendendo.

Scala



SCALA FICTA.

	la		la
-----	sol	-----	sol
b	fa		fa
dd	mi	-----	mi
	re		la
-----	sol	-----	sol
b	fa		fa
g	mi	MVTATIONES	la
	re	IN SCALA FICTA	sol
-----	fa	penes ascensum &	fa
b	mi	descensum.	mi
	re	-----	la
c	sol		sol
-----	fa	-----	fa
b	mi		la
F	re	-----	sol
	fa		fa
c	mi	-----	mi
	re		la

B 3 De



## DE VOCIBVS.

*Quid coaflatur ex clauibus?*

*Vox musicalis.*

*Quid est vox musicalis?*

*Est syllaba qua clauium tenor exprimitur.*

*Quot sunt voces musicales? Sex.*

*Vt, re, mi, fa, sol, la.*

*Quotuplices sunt voces? Duplices.*

*Inferiores & superiores.*

*Quae dicuntur voces infernae? Vt. re. mi.*

*Quae dicuntur voces supernae? Fa. sol. la.*

### EXEMPLVM:



*Quare dicuntur voces?*

*Quia omnis cantus per has uoces sepius repetitas progreditur & depromitur, Non quod eas uocum syllabas, sed sonos potius, per illas syllabas, significatos, canendo exprimimus.*

*Sunt ne plures voces?*

*Non possent quidem aliae comminisci, sed quia uulgaris musicorum consensus, in has uoces conspirauit, non est tutum alia ad fingere.*

*Diffe*



Differunt ne inter se, hæ sex voces? imo.  
Aliæ sunt b molles, aliæ naturales, aliæ H  
durales.

Quæ sunt voces b molles? *Vt fa.*

Quare dicuntur molles?

Quia mollem & effœminatum emittunt sonum.

Quæ sunt voces naturales? *Re, sol.*

Quare dicuntur naturales?

Quia naturalem & mediocrem sonum efficiunt.

Quæ sunt voces H durales? *Mi, la.*

Quare dicuntur H durales?

Quia durum & uirilem reddunt sonum.

At quid prodest scire hanc uocum differentiam?

Ista uocum differentia bene obseruata & cognita, dulcisonum reddit omnem cantum, Ideoq; pueris fideliter tradenda est, hauriunt enim ex ea agnitione, uocum musicalium proprietates.

Quid est proprietas uocum musicalium?

Est debita illarum in cantu naturalis deductio aut progressio, siue ascendendo, siue descendendo, hoc est, quod recto or-

B 4 dine

dine inter canendum ascendant & descendant, secundum cantus et notarum exigentiam.

*Quot sunt proprietates vocum? Decem.*

Tres in genere, & septem in specie.

*Quae sunt istae tres in genere? Tres cantus, H duralis, naturalis, b mollaris.*

*Quae sunt istae septem in specie?*

Septem deductiones sex vocum musicalium, in quibus continentur septem cantus, tres H durales, duo naturales, & duo b mollares, ut patet in scala sequenti.

*Da regulas de vocibus? Prima.*

Vt, in concentu aliarum uocum caput est & principium.

*Secunda.*

Voces supernae in descensu, Infernae in ascensu, rite proferuntur.

*Tertia.*

Ad cuiuslibet cantus ascensum & descensum istae sex uoces non sufficiunt cum ultra la non sit uox superior nec infra ut, uox inferior, et tamen cantus plerunq; ultra sextam ascendit uel descendit, quare necessitas urget, ut istae uoces sese mutuo leuent, iuxta cantus ascensum uel descensum.

e									la
d	b								sol
c									fa
b									mi
a	b							la	re
g								sol	ut
f	b							fa	
e								mi	
d								re	
c								ut	
b	b							fa	
a								mi	
g	b							re	
f								ut	
e									
d	b	la							
c		sol							
b		fa							
a	b	mi							
g		re							
f		ut							

Scala **H** dural.

Scala **bmolla**.

Scala **ficta**.

Primus **H** dura.

Primus **natura**.

Primus **bmolla**.

Secundus **H** dura

Secundus **natura**

Secundus **bmolla**

Tertius **H** dura.

**B**

**5**

**DE**

## DE CANTU.

*Quid conflatur ex uocibus?* Cantus.

*Quid est cantus musicalis?*

Est sex uocum musicalium continua  
& apta digestio,

*Quotuplex est cantus?* Duplex.

Regularis & irregularis, siue fictus.

*Quid est cantus regularis?*

Est in quo non committitur coniuncta.

*Quotuplex est cantus regularis?* Triplex.

♯ duralis, naturalis & b mollis.

*Quis est cantus ♯ duralis?*

Est qui duriter modulatur, habens Vt  
in  $\Gamma$ . G. & g. & mi in bfa ♯ mi, & in earum  
octauis, Et sunt tres, Scilicet, primus. 2. 3.

*Quis est cantus naturalis?*

Est qui naturaliter canitur, habens ut in  
C.c. In bfa ♯ mi nec mi, nec fa postulat, quia  
in a & aa, finem habet, & b ac bb, non attingit.  
Et sunt duo, scilicet, primus & secundus.

*Quis est cantus b mollis?*

Est qui molliter & suauiter concētu incedit,  
habens Vt in F, f, & ff, Et fa in bfa ♯ mi. Et  
sunt duo, scilicet primus & secundus.

*Quo pacto agnoscitur cantus?* Ex typo

Clauium

clauium ut enim, ubiq; principium est can-  
tus, fa medium, la finis.

Da uersus.

G, durum gignit, mediat C, perficit hunc E.  
C, naturalem, mediat F f, terminus est a  
Ff mollem monstrat, mediat b, perficit hunc d.

Vel sic.

C.	f.	G.	principium.
In Ef,	natural.	b. bmol e q;	¶ dural. medium,
A	d	e	finis.

¶ durum triplico, reliquos cantus geminabo.

Est ne omnis cantus proprie ¶ per se vel  
¶ duralis, vel naturalis, vel bmollaris?

Nulla pacto.

Sed omnis cantus est mixtus, nunc de  
naturali in ¶ duralem, nunc rursus de ¶ dur-  
rali in bmollarem procedens, & contra.

Quid est cantus irregularis siue fictus?

Est qui ex coniunctis componitur, uel  
est, in quo committitur coniuncta, hoc est,  
in cuius solmisatione cantantur uoces, quæ  
in clauibus non ponuntur, Vel est qui per  
uoces fictas modulatur.

Quæ

*Quæ dicuntur uoces fictæ?*

Quæ canuntur in aliqua clauē, in qua essentialiter non ponuntur nec eius octaua.

*Quid est coniuncta?*

Est canere uocem in clauē, quæ non continetur in ea.

*Quotuplex est coniuncta?*

Duplex.

Tollerabilis & intollerabilis.

*Quæ est coniuncta tollerabilis?*

Est quando uox canitur in clauē, quæ in ea non habetur, reperitur tamen in eius octaua, ut si canitur mi in Are.

*Quæ est coniuncta intollerabilis?*

Est quando canitur uox in clauē quæ in ea non habetur, neque in eius octaua, ut si canitur fa in Elami, & mi in Ffaut.

*Quot sunt signa coniunctarum?*

Duo.

♯ quadratum, b rotundum. ♯ quadratum coniunctam fieri demonstrat in locis b mollaribus, Et b molle in locis ♯ duralibus. Vide scalam.

*Quare admittitur coniuncta?*

Propter cantus necessitatem et iucunditatem. Inseruntur enim nonnunquam propter maiorem cantus suauitatem.

*Potest ne coniuncta euitari?*

Imo

Imo per transpositionem cantus.

## DE TRANSPOSITIONE.

*Quid est transpositio?*

Est clavis uel cantus a propria sede remotio. Hinc transponere, est clauem uel cantum a proprio loco remouere

*Quotuplex est transpositio?*

Duplex. Clavis & cantus.

*Quid est transpositio clavis?*

Est clavis signata ob linearum inopiam, uel eleuatio uel depressio.

*Quotuplices sunt ergo clauis? Duplices.*

Signata & non signata.

*Quæ est clavis signata?*

Est quæ expresse in cantus exordio ponitur atq; signatur.

*Quot sunt clauis signatae Quinq;*

ut, Ffaut, cfolfaut, gfolreut, d d l a sol, signatur & b f a m i

*Quæ sunt clauis non signatae? Reliquæ omnes.*

Da regulas de clauibus signatis & transpositis.

Prima.

Clauis signatae ponuntur in linea.

Secunda.

Clauium signatarum altera distat

distat ab altera per quintam dempta ¶ ut,  
quæ ab Ffaut per septimam feiungitur.

Tertía. ¶ ut in pede clauium ponitur  
ob Græcorum reuerentiam, à quibus mu-  
sica ad nos defluxit.


Quarta Clauium transpositio cantum  
non reddit irregularem.

Quinta. Quantum clauis transposita  
ascendit, tantum nota immeditate sequens,  
à suo situ descendit, Et contra quantum cla-  
uis descendit, tantum nota ascendit,

## SCALA CLAVIVM signatarum.



# SCALA CLAVIVM signatarum.



Hac rarissime utimur.

Hac rariuscule utimur.

Hanc lineam ueteres depinxerunt glauco colore.

Hanc lineam rubro pinxerunt.

Hac rarissime utimur.

*Quid est transpositio cantus?*

Est coniunctarum euitatio, dum enim coniunctas uitare intendimus, cantum ex loco proprio sui finis sursum ad quintam eleuamus.

**Exemplum**

## EXEMPLVM.



Ite in orbem,

Ite in orbem,

*Da regulas de transpositione cantus.*

1. Transpositio est coniunctarum remedium atq; excusatio.
2. Eadem uoces post transpositionem cantandæ sunt quæ ante canebantur.
3. Omnis transpositio ex finali ad quintam propriam affinalem fiat, nisi necessitate ad quartam fieri cogatur, ut in Responsorio, Quæ est ista.
4. Cantus transpositus habens mi in bfa:  $\text{H mi}$  exiens in a, est primi uel secundi toni. In c, quinti uel sexti. In a habens fa in bfa:  $\text{H mi}$ , est tertij uel quarti.
5. Cantica septimi & octauæ tonorum non transponuntur.
6. In cantu transposito, natura cantus ex præsentia uel absentia b rotundi deprehens

prehenditur, in cantu non transposito.

## DE MUTATIONE VOCUM.

*Quid est mutatio musica?*

Est unius vocis in aliam in eadem classe, unisona variatio.

*Quare mutatio est inuenta?*

Ob vocum paucitatem & cantus pluralitatem. Quando enim in cantu amplius ascendere vel descendere non possumus, tunc pro voce superiori, inferior, & rursus pro inferiori, uox superior, recipienda est.

*Quot sunt voces necessariae ad mutationem?*

Duae, mutata, & mutans.

*Quae est vox mutata?*

Est quae per mutationem relinquitur.

*Quae est vox mutans?*

Est quae loco vocis mutatae assumitur.

*Quotuplex est mutatio?* Duplex,

Vocalis & mentalis.

*Quae est mutatio vocalis?*

Est quando vox mutans & mutata, ambae exprimuntur.

*Quae est mutatio mentalis?*

C

Est in

Est in qua vna vocum canitur, & altera  
mente tenetur.

*Quæ istarum mutationum est aptior?*

Mentalis. Exprimere enim ambas syllabas, est notam geminare, quod nec auribus gratum est, nec cantui conueniens, imo in cantu mensurali omnino intolerabile, præsertim in figuris minutis, vbi non admittit.

*Da regulas mutationum?*

*Prima.*

Nulla fit mutatio, nisi necessitate cogente, quoties enim defecerit sex musicalium uocum progressio, necessario fit mutatio.

*Versus.*

*Nunquam mutabis nisi sit mutare necesse.*

*Secunda.*

Mutatio mentalis facienda est, non vocalis, nisi duæ vel tres notæ ponantur in eodem loco mutabili.

*Tertia.*

Clavis habens vnam vocem, nullam admittit mutationem, quia idem non mutatur in seipsum, Sunt autem quatuor, ſ ut, Are, Hmi, eela,

*Quarta*

*Quarta.*

Clavis habens duas voces, duas admittit mutationes. Primam in cantus ascensu. Secundam in descensu. Sunt autem octo, Cfaut, Dsolre, Elami, Ffaut, elami, ffaut, ccsolfa, ddla sol.

*Quinta.*

Clavis habens tres voces, sex habet mutationes. Sunt autem sex. Gsolreut, alami re, cfsolfaut, dlasolre, gsolreut, aalamire.

*Versus.*

si uox est	}	Simplex	} tum fit mutatio	}	nulla
		Dupla			duple
		Tripla			Senā.

*Sexta.*

In bfa  $\equiv$  mi & sua octava, nulla fit mutatio, tum quando bfa, &  $\equiv$  mi, duæ claves sunt.

*Septima.*

In clave unam vocem habente, tot possunt fieri mutationes, quot in eius octava,

C a Octava

8 In cantu plano, infra ¶ ut pergere non licet, nec ultra eela uagari, Sed in cantu mensurali sæpius extra extremas clauas uagatur, & tunc ab octauis uoces sumimus.

9 In cantu descensu, uox inferior in superiorem, in ascensu, uox superior in inferiorem uertatur.

10 In mutatione syllabarum, utimur fere duabus uocibus, re & la, re ascendendo, la descendendo.

11 Uoces b molles in ¶ durales mutari non possunt, quia dissonant.

12 Uoces naturales in ¶ durales & b molles mutantur, quia ancipites sunt.

13 Cum cantus fuerit ¶ duralis, mutationes ferme omnes occurrunt in tribus clauibus, D. d. a. aa. & e, nonnunquam in G. sed raro.

14 Cum cantus fictus fuerit b mollis, mutationes omnes tribus clauibus capiamus, scilicet, D. d. G. g. & a. aa. Ascendendo in g. & d. re. sumitur, descendendo la, in d. & a. Hinc infra ¶ ut canitur ut, sicut in  
Ffaut

Ffaut, In  $\Gamma$ ut re, sicut in Gsolreut, In Are  
mi, sicut in alamire. Omnes enim sunt  
octauæ, & de octauis idem est iudicium.

15 In canticis primi uel secundi tonorum,  
si fit ascensus ab alamire per unum  
gradum, & cantus, mox relabatur ad Ffaut,  
tunc in bfa  $\equiv$  mi canitur fa, si vero non, can-  
tetur mi, ut in hymno, Aue maris stella.

16 Cantus an fa vel mi in bfa  $\equiv$  mi habe-  
at, ex b &  $\equiv$  descriptione cognoscitur,  $\equiv$   
namq; mi, b fa repræsentat, Principaliter  
tamen ex tono, Nam omnes toni in bfa  $\equiv$   
mi mi habent, exceptis quinto & sexto tonis,  
qui fa postulant nisi  $\equiv$  vel signum  $\times$   
quod mi denotat, signatum fuerit.

17 Non semper fit mutatio vocis in  
vocem, sed fit saltus sine mutatione de nota  
ad notam, præsertim in magnis saltibus,  
quemadmodum in diapente & diapason  
contingit, ut ex re in re, ex mi in mi, ex fa in  
fa, ex sol in sol.

C 3 Exem

## EXEMPLVM.



*Decima octaua.*

Mutatio apte inchoatur in tertia ante fa, si adsit notula, si non, in secunda vel quarta poterit mutatio inchoari.

*Decima nona.*

Musica ficta fingit in quacunque clauē, quamcunque uocem, consonantiae causa.

*Vigesima.*

In cantu ficto praecipue debet obseruari fa in a & E, & mi in F. &c. Sicque facile occurret tertia, in qua re uel la accipiatur.

*Vigesima prima.*

In quolibet cantu tam  $\sharp$  durali quam  $\flat$  mollari, quatuor sunt mutationes, ad duas tamen reducibiles, per quas quisque cantus per ambitum suum sufficienter potest solmifari. Inter quas prima & tertia sunt omnino similes, cum fiunt in octaua, sic secunda & quarta.

## DE SOLMISATIONE:

Quid



*Quid est solmisatio?*

Est cuiuslibet cantus, per sex voces musicales, debita expressio.

*Quid est solmisare?*

Est syllabas ac vocum nomina exprimere.

*Quot modis potest cantus exprimi?*

Tribus modis. Primo, solmisando, quod tyronum est, ut canere adsuescant. Secundo, Sonos tantum emittendo, quod canentium est in fidibus aut tibijs, ut auditores oblectent. Tertio, Contextum verborum applicando, quod piorum est, ut laudes Deo concinant.

*Da regulas de solmisatione. Prima.*

Solmisans in primis totum cantum respiciat necesse est. Qui enim cantum sine toni agnitione canit, idem facit quod is qui syllogismum extra modum & figuram componit.

*Secunda.*

Solmisans videat clauem in principio signatam, & ex ea consideret omnium linearum & spaciorum claues. Tum facile inter solmisandum errores euitare poterit.

C

4

Tertia

3. Solmifans, scalam sub qua cantus decurrit, vigilanter attendat, ne ex molli durum, aut ex duro mollem faciat.

4. Scala cognita, principium cantus intuendum est, quod si in altum tendit, recipienda est vox inferior primæ clavis, si descendit, sumenda est vox superior eiusdem clavis.

5. Solmifans uideat, an cantus regularis existat, nec ne, Cantus enim transpositio, mutationis scalæ plerumq; est occasio. Nam variata scala variantur & mutationes.

6. Omnis cantus in finalibus terminatus, est regularis & non transpositus.

7. In canticis irregularibus ad quintam transpositis, cantandum est mi in bfa  $\sharp$ mi in omni tono, nisi fa specialiter signetur.

8. Omnes toni sub scala  $\sharp$ durali currunt, præter quintum & sextum.

9. Cantum sub scala  $\sharp$ durali vel bmolli, decurrit

decurrere, nihil aliud est, quàm in bfa  $\text{H}$ mi,  
mi vel fa canere.

10. Solmisans diligenter respiciat bfa  $\text{H}$ mi,  
in ea enim clauē totum negotium vertitur.  
Nam si ponitur b, cantandum est fa, si vero  
 $\text{H}$  vel signum  $\times$  cantandum est mi.

11. In bfa  $\text{H}$ mi, & eius octauis nunquam  
mutatur mi in fa, nec contra, quia sunt  
voces dissonæ & repugnantes.

12. Signato fa in bfa  $\text{H}$ mi vel quouis alio  
loco, si cantus ex ea saltum immediatum  
fecerit ad quartam vel quintam vel octa  
uam, tunc necessario cantandum est ibi fa,  
alioqui admitteretur tritonus & deperde  
retur octaua perfecta, & quinta perfecta,  
quæ per argute sonant.

13. Quoties fa vel mi præter cantus na  
turam signatur, oportet solmisantem signa  
turam sequi, quo ad durauerit.

14. In Ffaut nunquam canitur ut, nisi  
fa fuerit signatum in bfa  $\text{H}$ mi.

C 5

15. In

15. In cfolfaut semper canitur fa, præterquam in quinto et sexto tonis, tunc enim canitur sol.

16. In solmisando utimur duabus vocibus, re & la, re ascendendo, la descendendo.

17. In quartis, quintis & octavis, fit saltus de mi in mi, de fa in fa.

18. In octavis idem est vocum usus, & eadem mutatio, Ideo quæcunq; vox canitur in vna octava, canitur & in alia.

## DE MODIS SEV INTER- uallis musicalibus.

*Quid est modus musicalis?*

Est soni acuti grauisq; distantia. Vel, est uocis à uoce penes descensum & ascensum distantia.

*Quot sunt modi musicales?*

*Nouem.*

Semitonium, Tonus, Semiditonus, Ditonus, Diatessaron, Diapente, Semitonium diapente, Tonus Diapente, Diapason.

*Cur unisonum non adnumerat?*

Unisonus proprie non est modus, sed modorum

modorum principium, sicut vnitas numerorum. Est enim vnisonus fundamentum aliorum modorum, manetque semper immobilis.

*Quid est unisonus?*

Est status vocis, neque in acutum neque in graue tendens. Vel, est duarum vel plurium notarum in eodem loco coniunctio, Fit enim, quando in eadem clauē eadem vox iterum atque iterum repetitur.

*Quid est semitonium?*

Est saltus de voce in vocem, per secundam imperfectam molliter sonans, Fitque solum ex mi in fa proximum, & ex fa in mi proximum.

*Quid est tonus?*

Est saltus vocis à voce per secundam perfectam, potenter sonans, Fitque inter omnes voces, præter mi & fa. Tonare est potenter sonare.

*Quid est semiditonus?*

Est interuallum vocis à voce, per tertiam mollem & imperfectam, Fitque inter re fa, mi sol.

*Quid est ditonus?*

Est dura & perfecta tertia, Fitque inter ut mi, fa la, habet duos tonos.

Quid

*Quid est Diatessaron?*

Est saltus de voce in uocem per quartam. Fitq̄ inter ut fa, re sol, mi la.

*Quid est Diapente?*

Est saltus vocis à voce per quintam. Fitq̄ inter ut sol, re la, mi mi, fa fa. Hinc quadrimodus dicitur.

*Quid est semitonium Diapente?*

Est imperfecta sexta. Fitq̄ inter mi ex Elami ad fa, in c solfaut, & econtra.

*Quid est tonus Diapente?*

Est sexta perfecta. Fitq̄ inter ut, ex C fa ut, ad la in alamire, & econtra.

*Quid est Diapason?*

Est vocis à voce per octauam digressio, Vel est saltus per octauam. Fitq̄ septem modis. A qualibet enim litera ad sibi similem fit.

*Sunt ne alij modi?*

Imo tritonus, Semidiapente, Semidiapason, sed prohibiti, & in musica plana admodum rari

*Quid vero sentiendum de modo Disdiapason?*

Disdiapason, est interuallum per decimam quintam, intra quod natura humanæ  
voci

voci quasi metam præfixit, usq; adeo ut ex-  
tra illius cancellos vox naturalis egredi non  
possit. Et quotiescunq; ultra præscriptos  
illius ascensus terminos sese extulerit, ficti-  
cia vox est.

*Cur maiores tantum nouem modos  
posuerunt?*


Quia vox humana nouem constat offi-  
cijs, plectro lingue, pulsu quatuor dentium,  
repercussione duorum labiorum, in mo-  
dum cymbalorum, cavitare gutturis, & ad-  
iutorio pulmonis, qui in modum follis aërē  
recipit & remittit. Alij ad similitudinem  
nouem Musarum Apollini dicatarum, no-  
uem quoq; modos enumerant, qui sequen-  
ti Cantilena continentur.



Ter trini sunt modi, quibus omnis can-




tilena contexitur scilicet, Vni-  
sonus



sonus semitonium, Tonus, Semidito-



nus, Ditonus, Diatessaron, Diapente,



Semitonium cum diapente tonus



cum diapente, ad hæc sonus Diapason. Si




quem delectat eius, hunc modum esse

cognoscat





cognoscat Cumq; tam paucis modulis



tota harmonia formetur, uti



lissimum est eas alte memoriae



commendare, nec prius ab huiusmodi



studio quiescere, donec vocum inters

uallis

o=

,

Si

e

scat



teruallis agnitis, harmoniæ toti



us facillime queat apprehendere



notitiam. EVOVAE.

## DE TONIS MUSICALIBUS.

*Quid est tonus musicalis?*

Est regula & dispositio, secundum quã cantus suum cursum, naturam et melodiam dirigit. Vel tonus est regula, cantum in fine dijudicans.

*Ad quid valet agnitio tonorum?*

Vt pueri totius cantus, naturam, melodiam & solmisationem ex ambitu toni accipiant.

Non

Non enim possumus cantum aliquem artificialiter modulari, nisi prius cognoscamus eius tonum.

*Quot sunt toni musicales?*

Apud Græcos fuere tantum quatuor, scilicet, πρῶτος, δεύτερος, τρίτος, τέταρτος. Quibus adhuc hodie, quatuor voces finales correspondent, re, mi, fa, sol. Latini vero cuiuslibet toni ascensum et descensum considerantes, cuiuslibet subiugalem constituerent, unde octo emerferunt toni apud Latinos.

*Quare octo & non plures neque pauciores?*

Non videtur incongruum, ut octo tonis omne, quod canitur, moderetur, quemadmodum octo partibus orationis comprehenditur omne quod dicitur.

*Quotuplices sunt toni? Duplices.*

*Autenti & plagales.*

*Quot sunt toni autenti?*

Autenti sunt de numero impari, ut primus, tertius, quintus, septimus.

*Quare dicuntur autenti?*

Quia autoritatem ascendendi maiorem habent cæteris.

D

Vnde

Vnde dicuntur heriles & clamosi.

*Qui sunt toni plagales?*

Sunt de numero pari, Vt secundus, quartus, sextus, octauus.

*Quare dicuntur plagales?*

Quia magis prioribus descendunt, q̄ ascendunt, vnde dicuntur subiugales, seruales & humiles.

*Quoties cognoscitur tonus?*

Trifariam, Principio, medio, & fine.

*Quomodo cognoscitur principio?*

Quando mox in principio vltra notam finalem ascendit ad quintam, est autentus. Cum vero mox infra finalem ad tertiam vel quartam ceciderit, est plagalis.

Quando autem initium cantilenarum erroneam & penitus hæsitabundam toni demonstrat agnitionem, tanquam non necessaria, à doctis musicis relinquitur.

*Quomodo cognoscitur tonus  
medio?*

Primo, penes ascensum, cum enim in medio octauam tetigerit, est autentus, si nō, plagalis. Secundo penes repercussionem. Habent enim singuli toni suas clausulas,  
scu

seu cursus, ex quibus solo auditu, cuius toni  
sit, cantus dignoscitur.

*Quid est repercussio toni?*

Est cuiuslibet toni propria & certa me-  
lodia.

*Quæ sunt huiusmodi repercussiones?*

Habentur his versibus.

Re la, fit primi, re fa, dat norma secundi.  
Mi mi dat ternus, mi la, poscit sibi quartus.  
Ut sol quintus habet, sextus fa la, sibi querit.  
Ut sol tetartus, ut fa postremus habebit.

*Quomodo cognoscitur tonus in fine?*

Quando in veris clausulis finalibus ter-  
minatur. Et hic modus cognoscendi tonos  
est certior & perfectior alijs, quemadmo-  
dum & uulgo dicitur, In fine videtur cuius  
toni.

*Quot sunt fines tonorum?*

Quatuor, D.E.F.G.

*Quare dicuntur fines?*

Quia omnis cãtus regularis, et nō transpo-

D 2 situs

situs in his quatuor finibus fieri debet. Sunt enim literæ cantuum terminatiuæ, ideo & clauēs finales dicuntur & sedes tonorū.

*Quem dicis cantum regularem & non transpositum?*

Qui in aliqua clauē finali terminatur, nempe in D E F G.

*Quem vocas tantum irregularem & transpositum?*

Qui extra clauēs finales exit, scilicet in a & c rarissime in bfa  $\sharp$  mi, frequentissime cantu mensurali in G. non tamen absq; fa in bfa  $\sharp$  mi.

*Fit ne aliquando tonorum permixtio?*

Imo, quando duorum tonorum Systemata in uno cantu concurrunt.

*Quis est cantus mixtus?*

Est qui ad octauam vel altius ascendit ut autentus, & ad quartam descendit ut plagalis, Sicq; cursum autenti & plagalis simul usurpat.

*Quomodo cognoscitur tonus in cantu mixto?*

Bisariam. Primo, penes melodiam vel clausulas vel repercussiones cantuum. Secundo, Penes ascensum & descensum. In his canticis enim finalis vox diligenter considerand

sideranda est, ad quem tonum plus decli-  
nent. Dum enim ultra finalē mox ad quin-  
tam scandunt, autenti sunt. Cum vero ad  
tertiam uel quartam infra finalem mox ce-  
ciderint, plagales dicuntur. Exemplo sunt,  
fidelis sermo & O præclara.

*Quis est tonus imperfectus siue neutralis?*

Est qui non implet Diapason, qui ultra  
sextam non ascendit, nec ultra tertiam  
descendit, ut Respon. Ingrescente Domino  
in sanctam ciuitatem &c.

*Da regulas tonorum.*

*Prima.*

Omnis tonus aut est autentus aut plas-  
galis.

*Secunda.*

Toni de numero impari sunt autenti, de  
numero pari sunt plagales. Autenti sunt,  
primus, tertius, quintus & septimus. Plaga-  
les, secundus, quartus, sextus, octauus.

*Tertia.*

Omnis cantus canonice terminari ha-  
bet in his quatuor clauibus finalibus. D. E.  
F. G.

*Quarta.*

Tonus autentus & suus plagalis in  
eadem clauē finiuntur, propter priscam ip-  
sorum

D 3 forum

ipsorum combinationem.

*Quinta.*

*Omnis cantus exiens*

Dsolre,	Primi uel secundi
In Elami,	est tertij uel quarti toni
Ffaut,	quinti uel sexti
Gsolreut,	septimi uel octaui.

*Sexta*

Autenti plus ascendunt, quam descendunt. Plagales contra, plus descendunt, quā ascendunt.

*Versus.*

*Impar dat numerus autentos, parq; plagales,  
Autentos dominos dicas, seruosq; plagales.  
Autenti sursum scandunt, seruiq; deorsum.*

*Septima.*

Autenti supra finalem vocem diapason contingunt, nonnunquam decimam infra eam nec ditonum quidem. Plagales vero supra finalem Diapente contingunt, infra eam Diatessaron.

*Octaua.*

Non oportet autentum semper ad Diapason scandere, & plagalem ad Diapente deprimi, Sed intelligi debet, qd ascendendi & descendendi potestatem habeant.

*Nona*



*Nona.*

Quisque tonorum ferè Diapason com-  
plectitur, Aliquando autenti vix ad sextam  
aut septimam ascendunt. Plagales contra  
vix ad tertiam descendunt. Nonnunquam  
cantiones Autentorum ultra octavam pro-  
siliunt ad decimam aut undecimam, dicun-  
turq; toni plus quàm perfecti.

*Decima.*

Fit nonnunquam, ut duorum Tono-  
rum cursus clausulæ & repercussiones in  
vna cantilena coniungantur, tunc iudican-  
dus est Tonus secundum notam Tenoris,  
circa quam sæpius versatus fuerit.

*Undecima.*

Autentorum cantica profunde, Plaga-  
lium acute, Neutralia vero mediocriter in-  
tonari debent. Hæc enim in profundum,  
illa in acutum, ista verò in utrumq; tendūt.

*Duodecima.*

Attendāt Cantores ambitū Tonorū, ne  
scilicet ita cātū incipiāt, ut nō tā canere, quā

D 4 ruder

rudere videantur, & ficticia plane voce  
cantilent, neq; ita uocem submittant, ut vix  
à seipsis exaudiri queant, voxq; in screatum  
quendam abeat.

## DE AMBITIBVS tonorum.

*Quid est ambitus tonorum?*

Est spacium toni pro ascensu ac descen-  
su, musicorum autoritate concessum.

*Quot voces seu notæ conceduntur  
cuilibet tono?*

Non plures quam decem, in quibus  
cursum suum habeat, quas sic ordinant.  
Autentis vnam vocem finali supponunt,  
o. 7o supra ponunt. Plagalibus vero quatuor  
or finali supponunt, quinq; supra. Licet  
nunc Neotericorum musicorum luxurians  
licentia, vndecimam cuilibet superaddat,  
vt patet in figurula sequenti.

Ambitus

Ambitus to ni.

1 2 3 4 5 6 7 8

bd								
g			10		10		10	
c	10		9		9		9	
f	9		8		8		8	
l	8	7	7	7	6	6	6	7
s	6	6	6	6	5	5	5	6
t	5	5	4	4	4	4	3	4
tr	4	4	3	3	3	3	2	3
qu	3	3	2	2	2	2	1	2
ter	2	2	1	1	1	1	2	3
sec	1	1	2	2	3	3	4	4
prim	2	3	4	5	4	5	5	5
mus	1	2	3	4	5	6	7	8

D 5 Decis

voce  
t vix  
atum  
  
cens  
  
ous  
nt.  
nt,  
tus  
cet  
ns  
at,  
  
us



*Decimatertia.*

Quilibet tonus in suo cursu decimam  
exigit, nonnunquam undecimam.

*Decimaquarta.*

Quatuor sunt claves finales, vel chordæ  
statiuæ, in quibus canticorum regularium  
finis quæritur, Scilicet, D. E. F. G. Quæ ve-  
ro extra has claves exorbitant, irregularia  
& transposita cantica vocantur.

*Decimaquinta.*

Quilibet tonus Autentus subiugalem has  
bet in sua clauē finali. Primus & secundus  
habent finem re. Tertius & quartus mi.  
Quintus & sextus fa. Septimus & octauus  
sol. Neq; incongruum & prorsus absurdū  
est, herum cum seruo uno eodemq; contu-  
bernio teneri.

*Decimasexta.*

Non omnis cantus primi & secundi  
tonorum in D. exit; sed nonnunquam in a,  
frequentissime in cantu mensurali in G.  
non tamen absq; fa in b. clauē. Hoc faciunt  
Symphonistæ, ne voces extra Guidonis  
scalam expatiari videantur.

Deci

*Decimaseptima.*

Cantus transpositus mi habens in bfa  $\text{H}$  mi, exiens in a, est primi, vel secundi toni: in c, quinti vel sexti. Tertius autem & quartus in cantu regulari, nonnunquam in bfa  $\text{H}$  mi exeunt, in a uero aptissime.

*Decima octaua.*

Cantica septimi & octauum tonorum non transponuntur.

*Decimanona.*

Cantus in Cfa ut aut dlasolre terminatus, cantorum incitiam corruptus est.

*Vigesima.*

In cantu figurato non multum habet momenti, quæ clavis finem carmini imponat, dummodo vocis extremæ habeamus rationem. Si enim vox finalis fuerit re, incunctanter scio eum cantum esse primi aut secundi toni, Si mi, tertij aut quarti.

*Vigesima prima.*

In agnitione tonorum plus spectari debet usus, quam tot præceptiones pueriles.

DE TROPIS TONORVM

*Quid est Tropus?*

Est bre-

uiuscula Melodia, quæ in diuinis Canticis  
fini

fini subiungitur hac dictione *Euouae* subscripta, quæ seculorum amen, omisis consonantibus, designat, uulgo tenores tonorum vocantur.

*Quare dicuntur tenores?*

**A** tenendo, quia totius cantus melodiã, cui adiudicantur, tenere debent.

*Habet quisq; tonus suum tropum?*

**Imo.**

*Ad quid conducunt huiusmodi tropi?*

**Vt** cantus incepti harmoniam incorruptam contineant.

*Quot sunt tropi tonorum?*

**Octo** iuxta numerum tonorum.

*Quotuplices sunt tropi?*

**Triplices.** Psalmorum, Responsoriorũ, & introituum.

*Qui sunt tropi Psalmorum?*

**Sunt** formulæ quibus psalmi exeunt.

*Qui sunt tropi Responsoriorum?*

**Sunt** harmoniæ versuũ Responsoriorũ.

*Qui sunt tropi introituum?*

**Sunt** melodiæ & progressiones versuum in Introitibus.

*Quotuplices sunt Psalmi, quibus in diuinis  
vtimur?*

**Duplicis**

Duplices. Minores, & maiores.

*Qui sunt Psalmi minores?*

Qui à regio Poëta creduntur æditi.

*Qui sunt Psalmi maiores?*

Qui ex sacro Euangelio deprompti sunt, ut canticum Zachariæ. Benedictus dominus Deus. Et canticum diuæ virginis, Magnificat anima mea dom. &c. Lucæ 1.

*Quid est Psallere?*

Est cum quodam iubilo laudes deo optimo max. decantare.

*Habent ne Psalmi suas intonationes? Imo.*

*Da regulas de intonatione. Prima.*

Omnes Psalmi maiores cum ascensu, minores absq; ascensu intonandi sunt.

2. Dictiones Hebraicæ & barbaræ in medio accentu acuto sunt proferendæ.

*Tertia.*

	Primi	alamire	Ffaut
	Secundi	ffaut	Gfaut
Intonatio	Tertia	csolfaut	Gsolreut
Pf. Mino-	Quarti toni	alamire, Maio-	Elami
rum.	Quinti fit in	csolfaut rum in	Ffaut
	Sexti	alamire	Gfaut.
	Septimi	dlasolre	bfa = mi
	Octavi	csolfaut	Gsolreut

*Da tro*

Da tropos Psalmorum.



Primi toni.

Secundi.



Tertij.

Quarti.



Quinti.

Sexti.



Septimi.

Octavi.



Peregrini. In exitu Israel de &c.

Quare



*Quare hic tonus dicitur peregrinus?*

Quia in concentibus nostris rarus admodum ac peregrinus est.

*Habent ne toni suas differentias?*

Habent quidem, sed non est operæ precium, ipsis longum adhibere studium, quandoquidem non sunt apud omnes eadem. Præterea non sunt de tonorum essentia, cum quilibet cantus secundum principalem tropum decantari possit.

*Cur autem sunt repertæ?*

Vel pro indoctis, vel ornatus gratia, ut facilius & suavior sit canticorum inceptio, Nos eas silentio transibimus.

## DA INTONATIONES

*Psalmodum minorum.*

Psalmi primi & sexti tonorum concordant in principio, & discrepant in fine.

Dixit



Dixit dominus do. meo. sede à de. meis.



Dixit do. domino meo. sede à de. meis

Psalmi secundi & octavi tonorum concordant in principio, sed discrepant in fine.



Laudate pueri dom. laudate nomē do.



Laudate pueri dominū, laudate no. do.

Psalmi cæterorum tonorum discrepant & in principio, & in fine.


Lauda



Lauda Ierusa.do.lauda deū tuū Syon.



Laudate pu.domi.laudate nomen do.



Dixit do.domi.meo,sede à dex.meis



Lauda Ierusa.do.lauda deū tuū Syon.

*Da intonationes Psalmorum maiorum.*



Magnificat anima mea domi.Benedi.

E Magnis

meis.

eis

con  
fine.

lo.

do.

pant

uda





Magnifi. anima mea domi, Benedi.



Magnifi. anima mea domi, Benedi.



Magnifi. anima mea do. Bened.



Magnificat anima mea dom, Bene.



Magnifi. anima mea domi, Benedi.

Magnifi



Magnifi. anima mea dom. Benedi.



Magnifi. anima mea dom. Benedi.

*Tantum de Psalmis.*

*Da tropos uersuum Responsoriorum.*



Fuit homo missus à Deo.



Dispersit dedit pauperibus



Angelus Domini locutus est.

E 2 Et



Et valde mane vna.



Gloria in excelsis Deo



In nomine patris & filij.



Loquebantur varijs linguis Apostoli.



Gloria patri & filio.

MUSICI RECENTIORES HAS


uers

uersum harmonias non admodum respiciunt, de quo non est, quod magnopere angaris.

DA TROPOS VERSV  
um Introituum.



EUOVAE. Statuit.



Euouae. Mihi autem.



Seculorum Amen. In nomine Iesu.



Euouae. Resurrexi.  
F 3 Euoz




Euouae.

Loquebar.



Euouae.

Os iusti.



Euouae.

Puer natus est.



Seculorum Amen. Benedicta sit.

#### DE ACCENTV MVSICO.

Quid est accentus musicus? Est melodia, quæ dictionum syllabas, iuxta accentus sui naturalis exigentiam, regulate pronunciat.

Quos



Quotuplex est accentus musicus? Duplex,  
Gravis & acutus.

Quis est accentus gravis? Est finalium  
dictionum, secundum Ecclesiae ritum, re-  
gulata depressio. Hæc autem depressio  
finalis fit dupliciter: Aliquando per quin-  
tam: tunc proprie dicitur accentus gravis.  
Aliquando per tertiam, tunc vocatur ac-  
centus medius.

### DA EXEMPLVM.

*Medius.*

*Gravis.*



*Parce mihi Domine, nihil enim sunt dies mei.*

Quis est accentus acutus? Est finalium  
dictionum, secundum Ecclesiae ritum re-  
gulata eleuatio. Hæc eleuatio finalis quoque  
fit dupliciter: Aliquando ad locum sui des-  
census reducitur finale: tunc vocatur pro-  
prie accentus acutus. Aliquando reducitur  
finale non ad locum sui descensus, sed infra  
ad secundam, tunc vocatur accentus mo-  
deratus.

E 4 Exem

# EXEMPLVM.

*Moderatus.*



Surge illuminare Ierusalem.

*Acutus.*



Et gloria Domini super te orta est.

*Da regulas de accentu musico.*


**PRIMA.** Dictiones monosyllabæ, item barbaræ, Græcæ, Hebraicæ, Latinam inflectionem non habentes, acuuntur, ut me, te, se, nos, uos, sum, est. Ascaroth, Senas herib, Babilon, Abraham. Hinc excipiuntur encliticæ coniunctiones, quæ, ne, ue, quæ habent accentum grauem.

**SECUNDA.** Accentus grauis & acutus in fine completæ sententiæ profertur: Moderatus verò & medius in fine incom

incompletæ sententiæ exprimentur.

EXEMPLVM.

*Moderatus Medius.*



Lignum ha. sp̄. Si præcisum fuerit rur.



uirescit. Et rami eius pullulant.

TERTIA. Oratio quæsitiva siue babeat in fine dictionem monosyllabam, siue dissyllabam, siue polysyllabam accentus semper cadit in ultimam, & illa debet acui.



Vnde tu es? Quid est homo?



Quãtas habeo iniquitates & peccata?

E 5

Quarta

llabæ,  
tinam  
tur, ut  
Senas  
ipiun  
e, quæ  
auis &  
profes  
in fine  
incom

Quarta. Dictionis dissyllaba accentum recipit in prima, siue ea syllaba sit longa, siue breuis.

### EXEMPLVM.



Et fugit uelut umbra.



In amaritudinibus mora. oculus meus.

Quinta. Dictionis polysyllaba habens penultimam longam, acuit eandem. Si uero habet penultimam breuem, acuit antepenultimam.

### EXEMPLVM.



Si præcisum fuerit, rursus uirescit.


Et



Et rami eius pullulant.

Sexta. Grauis accentus non debet  
repeti, nisi oratio adeo sit breuis, ut alius in-  
teruenire non possit.

### EXEMPLVM.



Factum est vespere & ma. dies primus,



Dixit quoq; Deus,

Epistolarum & Euangeliorum accen-  
tus non idem est apud omnes Diæceses &  
Ecclesias. Quare ne pueros diutius more-  
mur, silentio transibimus. Frugilector, hoc,  
quicquid est, boni consule.

FINIS.

DOMINO IOAN. SPAN-  
geberg. Ecclesiasti Nort-  
husiano.

IOANNES STIGELIVS.

*Forsitan ista legis modica signata papyro,  
Vnde tibi hæc ueniat litera missa, rogas?  
Non aliquo, fateor, tibi consuetudinis usu,  
Nec bene de facie cognitus ante fui.  
Quum tamẽ ingenuis faueas Spangberge Camœnis,  
Hoc rude quas odio tempore uulgus habet.  
Cumq; sibi quiddam tribuant commune poetæ,  
Non minimus quorum tu quoq; sacra colis.  
Hinc mea musa tuæ sermonibus excita famæ,  
Poscit amicitie fœdera firma tuæ.  
Quam mallem præsens animum præsentis amici  
Alloquio possem demeruisse meo.  
Est aliquid, placidæ commercia dulcia uitæ  
Affectu coram conciliare pari.  
Cultor Apollonij fuit olim absentis Iarchas,  
Gratior huic præsens sed tamen ille fuit.  
Aut tua me uestras Northusia sumat in oras,  
Aut te Saxonis hic alat Albis agris.  
Sed cum diuersis duo corpora simus in oris,  
Iungere forte animos hæc quoq; charta potest.  
Ædita qua decuit tua carmina mente relegi,  
Quæ sunt iudicio sæpe probata meo.*

**Laudo**

*Laudo, quod oppressus tantarum turbine rerum,  
Hac tamen Aonidas sedulitate colas,  
Nam quamuis sacri tractes mysteria uerbi,  
Per sese magnum quod satis esset onus:  
Te tamen hanc etiam iuuat exercere palestram,  
Et patet in curas area nostra tuas.  
Nam nihil ut melius, bene quam docuisse iuuentam,  
Sic nihil elogio dignius esse potest.  
Et quoniam teneris iuuenum quod quisq; sub annis  
Imbibimus, canos durat ad usq; pilos.  
Omnibus hic opus est uires intendere neruis,  
Crescat ut admonitis ducta iuuenta pijs.  
Cuius enim instruitur uera pietate iuuentus,  
Non aduersantes urbs habet illa deos.  
Urge igitur tua cœpta tuis pro uiribus, & qua  
Iam bene cœpisti pergere, perge uia.  
Sic ubi prouecta referes ætate senectam,  
Clarebunt studij commoda digna tui.  
Sic tua uenturis commendans nomina seclis  
Cantabit laudes patria terra tuas.*


ENCO


# ENCOMIUM SCIEN- TIAE.

IOAN. SPANGENBERGII.

*Arbor in aprico stat diua Scientia prato,  
Fertilis, illustris, nobilis, alta uirens.  
Est primo intuitu radix illius amara,  
Ardua prima uia est, difficilisq; labor.  
Sed profert dulces arbor placidissima fructus,  
Fiat ut in summum forte cacumen iter.  
Horruerit si quis radices huius amaras,  
Poenitet ad coeptam continuare uiam:  
Illius hic nunquam gustabit dulcia dona,  
Deq; bonis studijs gaudia nulla feret.  
Est quoq; thesaurus praecleara Scientia, grandis,  
Qualem uix foelix aurifer Hermus habet.  
Nobilis ille quidem, & toto durabilis aeuo,  
Hoc mille incolumis uiuere secla potes,  
Iacturam nunquam patietur ab igne, mariq;  
Est uestillonum tutus ab insidijs.  
Haec igitur tibi sit puer alma scientia cordi,  
Hanc quare, hanc toto pectore semper ama.  
Tum bona posteritas pulchro te carmine dicet,  
Tandem erit in caelo uita beata tibi.*









ALVENSLEBEN  
Nf  
138

Alv  
Com

Tr

Er

Jo

Er

Lu

Gal

El

Joan

Geor

Ench



5

# QVÆSTIO

NES MVSICÆ, IN

vsum Scholæ Northufianæ,

per IO ANN. SPANG. *reby*

Herdeſſ. collectæ: Dili-

genterq̄ ab

Autore recognitæ.




*Nf 138*

FRANCOFORDIÆ AD

Oderam in Officina Ioan.

Eichorni.

*52*



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black